



**Commentariorvm, Ac Dispvationvm In Primam Partem  
Sancti Thomæ Tomvs ...**

Complectens Quæstiones à XXVII. vsque ad LXIV. & à Quæstione CVI.  
vsque ad CXIV.

**Vázquez, Gabriel**

**Antverpiæ, 1620**

Disp. CLXX. Quid sit missio diuinæ personæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-81000](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-81000)



& voluntatem agendorum, eum generādo. Vel potius referendum est ad Christum, secundum humanam naturam.

Ad tertium dicendum, quod sic eadem essentia, quæ in patre est paternitas, in filio est filiatio: illa eadem est potentia qua pater generat, & qua filius generat, & qua filius generatur. Vnde manifestū est, quod quicquid potest pater, potest filius: non tamen sequitur, quod possit generare, sed mutatur quid in ad aliquid. Nam generatio significat relationē in diuinis. Habet ergo filius eandem potentiā quam pater, sed cum alia relatione. Quia pater habet eam, vt dans. Et hoc significatur, cum dicitur, quod potest generare. Filius autem habet eam vt accipiens. Et hoc significatur, cum dicitur, quod potest generari.

Conclusio est affirmans: circa quam & totum articulus differimus supra dist. 169.

## QVÆSTIO XLIII.

De missione diuinarum personarum.

Deinde considerandum est de missione diuinarum personarum. Circa hoc quaruntur octo.

## ARTICVLVS I.

Utrum alicui persona diuina conueniat mitti.

Ad primum sic proceditur. Videtur, quod personæ diuinæ non conueniat mitti. Missus enim minor est mittente. Sed vna persona diuina non est minor alia. Ergo vna persona non mittitur ab alia.

2. Præterea. Omne quod mittitur, separatur à mittente. Vnde Hieronymus dicit super Ezech. Quod coniunctum est, & in corpore vno copulatum, mitti non potest: sed in diuinis personis nihil est separabile, vt Hilarius dicit, ergo vna persona non mittitur ab alia.

3. Præterea. Quicumque mittitur ab aliquo loco discedit, & ad aliquem locum de nouo vadit. Hoc autem diuinæ personæ non conuenit, cum ubique sit. Ergo diuinæ personæ non conuenit mitti.

Sed contra est, quod dicitur Ioan. 8. Non sum ego solus, sed ego & qui misit me pater.

Respondendo dicendum, quod in ratione missionis duo importantur. Quorum vnum est habitudo missi ad eum, à quo mittitur. Aliud est habitudo missi ad terminum ad quem mittitur. Per hoc autem, quod aliquis mittitur, ostenditur processio quædam missi à mittente: vel secundum imperium, sicut Dominus mittit seruum, vel secundum consilium, vt si

## ARTIC. I.

335

consiliarius mittere dicatur regem ad bellandum: vel secundum originem, vt si dicatur, quod flos emittitur ab arbore. Ostenditur etiam habitudo ad terminum ad quem mittitur, vt aliquo modo ibi esse incipiat: vel quia prius ibi omnino non erat, quo mittitur: vel quia incipit ibi aliquo modo esse, quo prius non erat. Missio igitur diuinæ personæ conuenire potest secundum quod importat ex vna parte processionem originis à mittente. Et secundum quod importat ex alia parte nouum modum existendi in alio. Sicut filius dicitur esse missus à patre in mundum, secundum quod incepit in mundo esse per carnem assumptam: & tamen ante in mundo erat, vt dicitur Ioan. 1.

Ad primum ergo dicendum, quod missio importat minorationem in eo, qui mittitur, secundum, quod importat processionem à principio mittente, aut secundum imperium, aut secundum consilium: quia imperans est maior, & consiliarius est sapientior. Sed in diuinis non importat nisi processionem originis, quæ est secundum æqualitatem, vt supra dictum est.

Ad secundum dicendum, quod illud quod sic mittitur, vt incipiat esse, vbi prius nullo modo erat, sua missione localiter mouetur. Vnde oportet, quod loco separatur à mittente. Sed hoc non accidit in missione diuinæ personæ, quia persona diuina missa, sicut non incipit esse, vbi prius non fuerat, ita nec definit esse vbi fuerat. Vnde talis missio est sine separatione, sed habet solam distinctionis originis.

Ad tertium dicendum, quod obiectio illa procedit de missione, quæ fit secundum motum localem, quæ non habet locum in diuinis.

Conclusio est: Missio conuenire potest alicui personæ diuinæ, secundum quod ex vna parte denotat processionem originis à mittente: ex alia vero nouum modum existendi alicui, quod dicitur mitti. Ex hac conclusione facile colligemus sententiam Doctoris sancti, quæ cum alijs late examinabimus sequenti disputatione.

## DISPUTATIO CLXX.

quid sit missio diuinæ personæ.

Varia sententia Scholasticorum, cap. 1.

Missionem solum esse æternam processionem connotato effectum temporalem, verior sententia est, 6. 2.

Corollaria præcedentis opinionis, 6. 3.

## CAPVT I.

Varia sententia Scholasticorum.

Explicata semel natura & definitione missionis, reliqua, quæ in hac questione disputat S. Thom. facile illustrabuntur: ignorata namque vera



vera rei definitione, cætera, quæ inde sequuntur, ignorari necesse est. Verum de natura missionis Scholastici varie sentiunt.

Magist.

Prima sententia est *Magistri* in 1. *distin.* 15. vbi loquens de donatione, qua datur Spiritus sanctus ait, nihil aliud esse, quam operationem Dei extra seipsum circa creaturas: idemque sentire videtur de missione; cumque doceat, unamquamque personam ab alia posse donari, sic etiam putat, unamquamque ab alia, & à se ipsa posse mitti. Subdit tamen, ex sententia Augusti, nusquam legi Patrem missum fuisse ab alia persona, vel à se ipso: sed huius nullam rationem assignat. Imo ipse Augustus, qui 2. de Trinit. cap. 5. docet, filium dari à seipso, & mitti ab Spiritu sancto, nunquam reddit rationem, ob quam Spiritus sanctus non dicatur mittere Patrem, aut quare Pater non mittat seipsum. Cæterum 4. de Trinit. cap. 20. aliquam contendit rationem adducere, vt infra dicemus. Ego vero non dubito secundum hanc sententiam Magistri aperte colligi, Patrem mitti à seipso: siquidem missio nihil aliud est, quam operatio extra Deum, secundum quam nouo modo incipit esse, aut apparere persona in creatura; quinimo, si filius mittitur à Spiritu sancto, non video, cur etiam Pater mitti non possit ab eo.

Ex Bon. ad missionem non est necessaria au-  
thoritas in mittente respectu missi.

Secunda opinio est, Bonauent. in eadem *dist. part. 1. quest. 2. & 4.* vbi vt hanc sententiam Magistri defendat, affirmat, ad missionem non esse necessariam authoritatem in mittente respectu missi, sed solum processionem personæ missæ, & manifestationem eius in tempore; dicit vero processionem absolute esse necessariam, non quidem processionem à persona mittente, sed à quacunque alia. Quare, inquit, persona produciens potest à se ipsa, vel ab alia quacunque mitti, si se ipsa, vel à quacunque alia manifestetur: cumque Pater à nullo procedat, etiam si à seipso, vel ab alia persona manifestetur, neque à se ipso, nec ab alia persona mittitur. Id probat ex August. 4. de Trinit. cap. 20. circa medium, vbi sic ait; Sicut natum esse, est filio à Patre esse, ita mitti est filio cognosci, quod ab illo sit: de Spiritu sancto eadem fere verba subdit. Huius autem, quod est, cognosci filium natum esse à Patre, quæcunque persona Trinitatis est principium; ergo quæcunque habet rationem mittentis, ac proinde missio, ex sententia Augusti, erit manifestatio temporalis, qua vna persona cognoscitur ab alia procedere. Iuxta quam doctrinam dicit 2. de Trinit. c. 15. filium esse missum in mundum à Spiritu sancto, cum carnem suscepit. Probat ex illo *Moth. 11. inuenta est in vtero habens de Spiritu sancto.*

2.

August.

Hæc sententia dissimulari videtur S. Thom. ad art. 8. huius *quest.* cum concedit, vnā personam à quacunque alia aliquo modo posse mitti, si missio pro effectu temporali solum accipitur, non pro æterna processionem vnus ab alia. Sed disertis verbis eam amplectitur ipse in 1. *dist. 15. quest. 3. art. 1.* Scotus in 1. *dist. 14. q. 1. s. licet autem, Gabriel q. 1. & Marfilin 1. quest. 18. art. 1. 2. 3. & 4.* Ratione vero sic probari potest: Persona solum dicitur in tempore mitti non ab æterno; ergo missio solum est temporalis, non æterna processio; atqui cuiusvis temporalis effectus tota Trinitas est causa; ergo & missiones cuiusque personæ.

S. Thom.

Scot.

Gabriel.

Marfil.

Caictan.

Ferrar.

3.

Tertia sententia est Caictani in hunc artic. & Ferrar. 4. contra gentes c. 23. qui docent, dupliciter vspari posse missionem; tum expresse & proprie

pro æterna processione, connotato nouo modo existendi in creatura; tum latiori significatione, pro sola manifestatione temporali. Priori modo solum potest persona procedens mitti ab ea, quæ eternaliter procedit; posteriori modo potest quæcunque à quavis alia mitti, vt facit *Canan. in com. ment. art. 8. huius quest.* sic putant filium, cum carnem sumpserit, missum ab Spiritu sancto. Probat autem ex Concilio Tolet. i. in confessione filii, vbi dicitur: Missus tamen filius non solum à Patre, sed à Spiritu sancto esse credendus est in eo, quod per Prophetam dicitur, & nunc Deus missus me, & Spiritus eius.

# CAPVT II.

Missionem solum esse æternam processionem connotato effectu temporali, verior sententia est.

Cum omnia, quæ de missione diuinitatem personarum in Scriptura & Patribus traduntur, facilius consent, si dicamus missionem solum capi priori illo modo, quem posuit Caieta, tamen nihil aliud esset, hoc sufficeret, vt eam sententiam existimaremus cæteris multo probabiliorē, eorum non solum hoc illam confirmat, sed etiam manifestata ratio, quam in hoc capite deducimus. Est igitur verior opinio, missionem esse æternam personæ processionem, connotato aliquo effectu temporali, ratione cuius persona, quæ mittitur, dicitur apparere. Sententia est S. Thom. in hoc art. qui hoc solo modo definitur missionem, de cuius ratione dicit esse processionem à mittente; & multam aliam esse in diuinitate, quam æternam. Est etiam Durand. in 1. *dist. 15. q. 3.* probatur autem primum testimonij Patrum, deinde ratione. Ex Patribus primo Hilari 9. de Trinit. col. 13. in fine, explicat illud Ioan. 16. Quoniam à Deo exiit, exiit à Patre, & venit mundum, &c. sic loquitur; à Patre enim in hunc mundum venit, quia à Deo exiit. Nam vt naturam suam in exitione significasse intellexeret, subiicit se à Patre venisse, & cum per id à Patre venerit, quia à Deo exiit, exiit eius à Deo absoluta naturam suam, quam paterni nominis est processio connotata. Certe nihil clarius pro nostra sententia dici potuit.

Secundò Gregorius Magnus idipsum non minus perspicue dixit hom. 26. in Euang. in illa verba, Sicut misit me viuens Pater; ibi enim, Postquam ostendit, verba illa intelligi posse de Christo secundum humanitatem, vt secundum illam diceretur à Patre missus, subdit; Quamuis missi etiam iuxta naturam diuinitatis possit intelligi: eo enim ipso à Patre filius mitti dicitur, quo à Patre generatur: nam Spiritum quoque factum, qui cum sit equalis Patri & Filio, non tamen incarnatus est eisdem se filius mittere prohibet dicens: Cum venerit paracletus, quem ego mittam vobis à Patre. Si enim mitti solum incarnari deberet intelligi, Sanctus precibus Spiritus nullo modo diceretur mitti, qui nequaquam incarnatus est, sed eius missio ipsa processio est, qua de Patre procedit & filio.

Tertio Beda in lib. 2. homiliarum homil. 2. quæ est de dominicæ primæ post ascensionem, eisdem factis verbis vsus est: Cum gratia (inquit) Spiritus sancti datur hominibus, processio mittitur Spiritus sanctus à Patre, & à Filio procedit, & à Patre, quia eius missio est ipsa processio.

Denique ex eo probauimus diffinitione 147. c. 2. contra Græcos Spiritum sanctum à filio procedere, quia à filio mittitur; quod si de ratione missionis non esset ipsa processio, etiam si mitti solum esset persona procedens, non reddebat inde probaretur: nam posset persona procedens ab alia mitti.



mitti, quam ab ea, à qua procedit. Ex quibus Patrum testimonijs hoc certum est, missionem esse ipsam processionem æternam personæ: verum quia missio non est æterna, sed in tempore, rectè addiderunt S. Th. Durandus, & qui hanc sequuntur sententiam, missionem supra processionem secundam naturam addere, aliquem effectum temporalem connotatum ipso nomine missionis, quo persona incipit apparere, & nouo quodam modo esse in rebus, ad quas dicitur mitti, id quod statim magis elucidabitur.

6. Ceterum ratione quoque facile potest prædicta sententia confirmari, hoc modo. Primo quidem ratio missionis non postulat, ut is, qui mittitur, procedat substantialiter ab aliquo: id enim, quantum in omnibus, qui mittuntur reperiatur; tamen non est necessarium ad rationem missionis: nam etiam si aliquis homo intelligeretur à nullo substantialiter procedere, posset nihilominus intelligi ab alio per imperiū mitti, & esset vera missio illius accidit igitur missioni vniuersim consideratæ, re missionem ab aliquo secundo substantiam procedere.

Secundo non est de ratione missionis generatim, processio secundum substantiam à mittente: aliqua enim est missio ab eo, à quo res missa non procedit, ut in missione secundum imperiū. Quare, quando dicunt de ratione missionis esse, ut res missa ab aliquo secundo substantiam procedat, ut ita defendant, non posse mitti Patrem, sine fundamento id asserunt.

Tertiò de ratione missionis diuinæ personæ est, ut illa, quæ mittitur, procedat substantialiter à mittente: nec satis est, ut mitti dicatur, si ab alia persona procedat, quam ab ea, à qua mittitur: processio autem secundum substantiam, ea sola de causa est de ratione missionis in diuinis, ut missio sit exitus quidam, seu exitio, ut dixit Hilarius: alio namque modo nec potest esse exitus, nec processio, ac proinde neque missio: cum enim omnis missio sit exitus, & processio quædam eius, qui mittitur, à mittente: atque exitus debeat esse, ut dixit S. Thom. in 1. artic. aut secundum (ut cum aliquis mittitur imperio, vel consilio mittentis tantum) aut debeat esse, alio modo, & prior exitus non possit esse in diuinis, quia nulla persona exit ab alia secundum locum aut consilio, aut imperio mittentis; reliquum est, ut alio modo persona, quæ mittitur, exeat à mittente: alioqui eius missio non erit exitus: nullus autem alius modus exiendi potest esse, quam secundum originem: ergo necesse est, missionem diuinæ personæ esse exitum à mittente secundum originem.

Nec satis est, si ab alia exeat substantialiter, siquidem à dem missio est exitus missi à mittente, non ab alio: in quo originem ab alio nullo modo in sua ratione essentialiter includit, ut supra probatum manet. Rectè igitur Christus ut ostenderet missionem suam à patre, dixit: *Exiui à Patre, & veni in mundum: iterum relinquo mundum, & vado ad Patrem*: per illud, *exiui*, denotauit exitum & processionem, quæ est de ratione missionis; per illud, *veni*, significauit terminum, ad quem fit missio, qui, ut supra dixi, debet esse effectus connotatus, quo etiam habet, ut sit temporalis: solus enim exitus sine termino, ad quem, non esset missio.

Verum contra prædictam doctrinam obijciat aliquis, hoc modo: Persona, quæ mittitur, non

incipit esse nouo modo in creatura, ex vi suæ processionis, sed ratione effectus, quem tota Trinitas operatur: ergo processio secundum originem non potest esse de ratione missionis. Respondetur, affectus temporalis non omnino per accidens coniungitur, & quasi comitatur ipsam originem: nam quemadmodum persona, quæ ab alia procedit, ab ea accipit naturam: sic etiam ab ea accipit potentiam, secundum quam exterius operatur effectum, & ratione cuius incipit esse nouo modo in creatura: ergo cum à persona producente exeat, & ab ea habeat operationem in creatura, merito eius origo, connotato effectui illo temporali, dicitur missio.

## CAPUT III.

Corollaria præcedentis opinionis.

EX hac opinione, tanquam ex principio vniuersim multa scitu digna, Scripturæ & Patribus consona deduci possunt. Primum est, quantum omnes personæ dicantur venire ad creaturam, ratione non effectus in ipsa producti, iuxta illud *Ad eum venimus*, &c. Sola tamen persona, quæ procedit, dicitur mitti, quia sola dicitur exire: exitus autem est de ratione missionis, atque hinc constat, quare ut ait S. Tho. artic. 4. nunquam pater, nec in Scriptura, nec in sanctis Patribus dicitur missus, quia si licet non procedit.

Secundo colligitur, quare missio simpliciter dicitur temporalis, ut rectè docuit Doctor sac. eius artic. 2. quia licet de ratione illius sit processio & hæc sit æterna, ea tamen sola non completur in ratione missionis, sed addi debet affectus temporalis ex parte termini, ad quem: ut autem aliquid dicatur temporale, satis est, ut secundum aliquid sui temporale sit, sicut rectè notauit Durand. in 1. dist. 14. q. 1. num. 7. contra vero ut dicatur æternum, quodlibet sui æternum esse debet: nam si anima esset æterna, & in tempore vniueretur corpori, homo esset temporalis.

Tertiò fit, ut processio temporalis, & æternæ non sint due processionis, sed vna & eadem, sola diuersitate constituta penes effectum, quem temporalis connotat: æterna enim processio est de ratione temporalis. Ita docuit Durand. dist. illa 14. q. 2. & quod mirandum est Bonavent. in ead. dist. artic. 1. q. 2. etiam existimat, non esse duas processionis æternam & temporalem, cum tamen ipse aliter definiat temporalem, quam Durandus, ne videatur docere de ratione illius esse æternam.

Quartò ex dictis consequitur, posse vnam personam mitti sine alia. Nam cum vna persona procedens sola incipit manifestari sine alia, illa sola dicitur mitti, ut filius in incarnatione, Spiritus S. in columba, & in figura linguarum, &c. quia peculiari modo tunc incipit esse vna persona in creatura, quo non est alia, vel terminando, ut in humanitate: vel apparendo ut in columba, & alijs. per effectus autem gratiæ, quibus Trinitas incipit esse nouo modo in creatura, non mittitur vna persona sine alia: quia vna sine alia non incipit esse nouo modo in illa, etiam secundum manifestationem: dicitur tam ex tota illa Trinitate, tunc simul mitti filius & Spiritus S. quia cum sint personæ procedentes, & nouo modo incipiunt esse in creatura, nihil illis deest, quo minus mittantur: pater autem non mittitur, quia à nullo exit, sed cum Fi-



1027. 14.

Corduba.

lio & Spiritu sancto dicitur venire, iuxta illud. *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus.*

*Anton. de Corduba libr. 1. q. 41. in principio docet, Spiritum sanctum nunquam mitti sine filio, nisi sola appropriatione. Probat, quia in tri sine filio connecere ei non potest ratione alicuius relationis realis, ut patet: eo quod relatio non est causa missionis, nec ratione alicuius peculiaris effectus, quia omnis effectus, ad extra est totius Trinitatis; ergo sola appropriatione ipsi dicitur convenire, secundum quam quidam effectus, qui reuera communes sunt ei, tribuuntur, quales sunt effectus gratiæ. Fallitur tamen hic author, quia licet omnis effectus extra Deum communis sit Trinitati: tamen tota Trinitas non mittitur ratione, illius, ut paulo ante dictum est: tum etiam licet ratione cuiusque effectus extra Deum, tota Trinitas sit per essentiam, præsentiam, & potentiam in re, in qua operatur, si vera est opinio, quæ asserit, Deum ratione operationis esse rebus intime præsentem; tamen ratione alicuius effectus dicitur aliqua persona peculiari modo esse sine alia, ut verbum in humanitate assumpta, & Spiritus sanctus in columba: quia ita in ea apparuit & manifestatus est, ut alia persona non fieret manifesta: hac ergo ratione dicitur una persona mitti sine alia.*

Quinò colligitur, personam missam semper distingui à mittente: quia missio debet esse exitus aliquis: hic autem proprie non est, nisi inter personas realiter distinctas. Eadem ratione philosophandum est de dono, & donatione in divinis, de quo diximus disput. 15. 3. de dono, inquam, quod natura sua donum est; hoc enim suavisius origine, qua procedit, donari debet ab alio, ut ibidem explicavimus: ac proinde, cum persona aliqua dicitur se ipsam donasse, de dono accidentarie intelligendum est. Quare cum dixit August. allegatus à nobis 1. capit. filium donari à seipso, de dono, quod accidentarie donum est debeat intelligi: cum vero ait, mitti filium à Spiritu S. vel loquitur de missione non proprie, sed latiori significatione: vel loquitur de filio secundum humanitatem, quod si non sit sermo de missione preesse sumpta pro ea, quæ vere est exitus ab aliquo, non video, cur non mittatur pater à quavis persona, sicut Filius à Spiritu sancto dicitur mitti. Cum igitur ait August. ibidem citatus, nihil aliud esse personam mitti, quam cognoscere ab alio procedere, sic debet intelligi, ut supra hunc effectum temporalem ex parte termini ad quem, includatur etiam in ipsa missione exitus secundum originem.

August.

21.

Tandem inferitur absolute loquendo, missionem esse quid notionale, sicut etiam est donatio, & donum, quod suapte natura donum est, non solum active, sed passive etiam: nam quamvis ipsa missio, & donatio includat effectum temporalem, qui est communis toti Trinitati: tamen, quia ratione coniunctus est æternæ origini, & cum ea constituit rationem missionis, ita determinatur à notionali, ut solum conveniat uni aut alteri personæ, non toti Trinitati, est enim missio ipsa æterna processio connotato affectu temporali: hæc autem non tribuitur, etiam cum connotato, cuius personæ sicuti ea, quæ essentialia sunt. Quare Dur. in 1. dist. 15. q. 2. non debuit dicere in missione utrumque esse, & essentialia, & notionalia; quamvis enim utrumque seorsum ita se habeat, ut dixit Durand. coniunctim tamen unum notionale prædicatum consti-

Durand.

## ARTICULVS II.

*Utrum missio sit æterna, vel temporalis tantum.*

**A**D secundum sic proceditur. Videtur quod missio possit esse æterna. Dicit enim Gregor. co. mittitur filius, quo generatur. Sed generatio filij est æterna. Ergo & missio.

2. Præterea. Cuicumque conveniat liquid temporaliter, illud mutatur. Sed persona divina non mutetur. Ergo missio diuine personæ non est temporalis, sed æterna.

3. Præterea. Missio processionem importat. Sed processio diuinarum personarum est æterna. Ergo & missio.

Sed contra est quod dicitur Galat. 4. Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum.

Respondeo dicendum, quod in his que important originem diuinarum personarum est quædam differentia attendenda. Quædam enim in sui significatione important solum habitudinem ad principium, ut processio & exitus. Quædam vero cum habitudine ad principium determinant processionis terminum. Quorum quædam determinant terminum æternum, sicut generatio & spiratio. Nam generatio est processio diuine personæ in naturam diuinam. Et spiratio passivæ accepta importat processionem amoris subsistentis, quædam vero cum habitudine ad principium important terminum temporalem, sicut missio & datio. Mittitur enim aliquid ad hoc, ut sit in aliquo, & datur ad hoc quod habeatur. Personam autem diuinam haberi ab aliqua creatura, vel esse nouo modo existendi in ea, est quid temporale. Vnde missio & datio in diuinis dicuntur temporaliter tantum. Generatio autem, & spiratio solum ab æternis. Processio autem & exitus dicuntur in diuinis & æternaliter & temporaliter: nam filius ab æterno processit ut sit Deus: temporaliter autem ut etiam sit homo secundum reversionem visibilem, vel etiam ut sit in homine secundum inuisibilem missionem.

Ad primum ergo dicendum, quod Gregor. loquitur de generatione temporalis filij non à patre, sed à matre. Vel quia



rali filij, non à patre, sed à matre. Vel quia ex hoc ipso filius habet quod possit mitti, quod est ab æterno genitus.

Ad secundum dicendum, quod diuinam personam esse nouo modo in aliquo vel ab aliquo haberi temporaliter: non est propter mutationem diuinæ personæ, sed propter mutationem creaturæ, sicut & Deus temporaliter dicitur Dominus propter mutationem creaturæ.

Ad tertium dicendum, quod missio non solum importat processionem à principio, sed determinat processionis terminum temporalem. Vnde missio solum est temporalis, vel missio includit processionem æternam, & aliquid addit, scilicet temporalem effectum. Habitu enim diuinæ personæ ad suum principium non est nisi ab æterno. Vnde gemina dicitur processio, æterna scilicet, & temporalis: non propter hoc, quod habitudo ad principium geminetur, sed geminatio est ex parte termini temporalis & æterni.

**C**ONCLUSIO est, Missio tantum dicitur temporalis. Circa quam satis superque superiori disputat. dictum est.

## ARTICVLVS III.

*Primum missio inuisibilis diuina persona sit solum secundum donum gratiæ gratum facientis.*

**A**D tertium sic proceditur. Videtur, quod missio inuisibilis diuinæ personæ non sit solum secundum donum gratiæ gratum facientis. Diuinam enim personam mitti, est ipsam donari. Si igitur diuina persona mittitur solum secundum dona gratiæ gratum facientis, non donabitur ipsa persona diuina, sed solum dona eius. Quod est error dicentium Spiritum sanctum non dari, sed eius dona.

2. Præterea. Hæc præpositio, secundum, denotat habitudinem alicuius causæ, sed persona diuina est causa quod habeatur donum gratiæ gratum facientis, & non è conuerso, secundum illud Rom. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum S. qui datus est nobis. Ergo inconuenienter dicitur, quod persona diuina secundum dona gratiæ gratum facientis mittatur.

3. Præterea. August. dicit in 4. de Trin. quod filius cum ex tempore mente percipitur, mitti dicitur. Sed filius cognoscitur, non solum per gratiam gratum facientem, sed etiam per gratiam gratis datam, *Vazquez in 1. partem Tom. II.*

sicut per fidem & per scientiam: Non ergo persona diuina mittitur secundum solam gratiam gratum facientem.

3. Præterea. Rabanus dicit, quod Spiritus S. datus est Apostolis ad operationem miraculorum. Hoc autem non est donum gratiæ gratum facientis, sed gratiæ gratis datæ. Ergo persona diuina non solum datur secundum gratiam gratum facientem.

Sed contra est quod Augustin. dicit 3. de Trin. quod Spiritus S. procedit temporaliter ad sanctificandam creaturam. Missio autem est temporalis processio. Cum igitur sanctificatio creaturæ non sit nisi per gratiam gratum facientem, sequitur quod missio diuinæ personæ non sit nisi per gratiam gratum facientem.

Respondeo dicendum, quod diuinæ personæ conuenit mitti, secundum quod nouo modo existit in aliquo. dari autem, secundum quod habetur ab aliquo: neutrum autem horum est nisi secundum gratiam gratum facientem. Est enim communis modus quo Deus est in omnibus rebus per essentiam, potentiam & præsentiam, sicut causa in effectibus participantibus bonitatem ipsius. Super istum modum, autem communem est vnus specialis, qui conuenit naturæ rationali: in qua Deus dicitur esse sicut cognitum in cognoscente: & amatum in amante. Et quia cognoscendo & amando creatura rationalis suâ operatione attingit ad ipsum Deum, secundum ipsum specialem modum Deus non solum dicitur esse in creatura rationali, sed etiam habitare in ea sicut in templo suo. Sic igitur nullus alius effectus potest esse ratio quod diuina persona sit nouo modo in rationali creatura, nisi gratia gratum faciens. Vnde secundum solam gratiam gratum facientem mittitur & procedit temporaliter persona diuina. Similiter illud solum habere dicimur, quo libere possumus uti vel frui. Habere autem potestatem fruendi diuina persona est solum secundum gratiam gratum facientem. Sed tamen in ipso dono gratiæ gratum facientis Spiritus sanctus habetur, & inhabitat hominem. Vnde ipsemet Spiritus sanctus datur & mittitur.

Ad primum ergo dicendum, quod per donum gratiæ gratum facientis perficitur creatura rationalis ad hoc, quod libere non solum ipso dono creato utatur, sed ut ipsa diuina persona fruatur. Et ideo missio inuisibilis sit secundum donum gratiæ gratum facientis, & tamen ipsa persona diuina datur.

Ad secundum dicendum, quod gratia

*Ex lib. 3. c. 2.  
4. circa finem  
dicitur 1. 3*



gratum faciens disponit animā ad habendam diuinam personam. Et significatur hoc cum dicitur, quod Spiritus sanctus datur secundum donum gratiæ. Sed tamen ipsum donum gratiæ est à Spiritu sancto. Et hoc significatur, cum dicitur, quod charitas Dei diffunditur in cordibus nostris per Spiritum sanctum.

Ad tertium dicendum, quod licet per aliquos effectus filius cognosci possit à nobis non tamen per aliquos effectus nos inhabitat, vel etiam habetur à nobis.

Ad quartum dicendum, quod operatio miraculorum est manifestatio gratiæ gratum facientis, sicut & donum prophetiæ: & quilibet gratia gratis data. Vnde 1. Corinth. 12. Gratia gratis data nominatur manifestatio spiritus. Sic igitur Apostolis dicitur dari Spiritus sanctus ad operationem miraculorum: quia data est eis gratia gratum faciens cum signo manifestante. Si autem daretur, solum signum gratiæ gratum facientis sine gratia, non diceretur dari simpliciter Spiritus sanctus, nisi forte cum aliqua determinatione, secundum quod dicitur quod alicui datur Spiritus Propheticus vel miraculorum, in quantum à Spiritu sancto habet virtutem Prophetandi, vel miracula faciendi.

*Dubitatio circa doctrinam Articuli.*

Conclusio est affirmans, pro cuius explicatione notat Caiet. ad rationem missionis, præter originem æternam, esse necessarium effectum vel signum: ad visibilem quidem missionem effectum, vel signum visibilem; ad missionem vero inuisibilem, effectum vel signum inuisibilem.

Dubitatur tamen, An inuisibilis missio solum fiat per donum gratiæ gratum facientis; & responderet etiam fieri per donum fidei informis, imo per cogitationem, & dilectionem Dei quamcumque eo quod per hosce effectus aliquo modo accipiat Deus esse in creatura rationali. Deinde addit, S. Tho. hoc non negasse: solum enim dixit, existentiam Dei in creatura rationali, per gratiam gratum facientem, pertinere ad quatum modum ex ijs, quibus Deus dicitur esse in rebus; nam præter quam quod in omnibus rebus est per essentiam, præsentiam, & potentiam, dicitur esse quarto modo in creatura rationali, ut in cognoscente, quia est veluti in templo, ubi colitur, sub hoc autem modo vnus est per gratiam gratum facientem, aliter est per solam fidem.

Huic sententiæ fauet Durand. in 1. dist. 14. q. 3. cum ait, Spiritum sanctum donari, cum donis gratiæ, perfecte; cum donis vero naturæ, imperfecte; cum donis autem gloriæ, perfectissime. Consentit etiam Bonavent. dist. 15. art. 2. q. 1. assensum enim, donari Spiritum sanctum & filium, aut simpliciter per solum donum gratiæ gratum facientis, aut secundum quid per alia dona, quia datur ad aliquem vsum, vel auxilium. Cæterum S. Tho. in hoc articulo aperte docet, missionem inuisibilem in

animam solum fieri per gratiam gratum facientem. Clarius supra quaest. 8. art. 3. in corpore & ad quatum ubi ait: Ad quatum dicendum, quod talis perfectio superaddita substantiæ facit Deum esse in aliquo, sicut obiectum cognitum & amatum, nisi gratia; & ita sola gratia facit singularem modum essendi Deum in rebus. Adde etiam peculiarem alium modum non sub hoc quarto contentum, scilicet per vnionem hypostaticam.

Mihi autem cum S. Tho. videatur sentendum, si loquamur absolute & simpliciter: neque enim communiter dici consuevit, Deum esse, aut inhabitare in cordibus hominum, præter omnes illos tres modos existendi in rebus, quousque homo sit iustus cum Deo; in solis namque iustis dicitur Deus habitare; at vero secundum quid concessi potest sententia Caietani & Bonavent. & Durandus etiam concedere videntur: quia aliquo modo Deus est per fidem in homine. Et hæc de inuisibili missione.

*ARTICVLVS IV.*

*Utrum Patri conueniat mitti:*

Ad quartum sic proceditur. Videtur, quod Patri etiam conueniat mitti. Mitti enim diuinam personam est ipsam dari, sed Pater dat seipsum (cum haberi non possit nisi seipso donante) ergo potest dici quod Pater mittat seipsum.

2. Præterea. Persona diuina amittitur secundum inhabitationem gratiæ. Sed per gratiam tota Trinitas inhabitat in nobis, secundum illud Ioan. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Ergo quilibet diuinarum personarum mittitur.

3. Præterea. Quicquid conuenit alicui personæ conuenit omnibus, præter notiones & personas. Sed missio non significat aliquam personam, neque etiam notionem, cum sint tantum quinque notiones, ut supra dictum est. Ergo quilibet personæ diuinæ conuenit mitti.

Sed contra est quod August. dicit in 1. lib. de Trinit. quod solus pater nunquam legitur missus.

Respondeo dicendum, quod missio in sui ratione importat processionem ab alio: & in diuinis secundum originem, ut supra dictum est. Vnde cum pater non sit ab alio, nullo modo conuenit sibi mitti, sed solum Filio, & Spiritui sancto quibus conuenit esse ab alio.

Ad primum ergo dicendum, quod si dare importet liberalem communicationem alicuius, sic pater dat seipsum, in quatum se liberaliter communicat creaturæ ad fruendum. Si vero importet authoritatem dantis respectu eius quod datur, sic non conuenit dare in diuinis nisi personæ quæ est ab alio, sicut nec mitti.

*Missio inuisibilis quomodo fit.*

14.

*Durand.*

*Bonavent.*



dare in diuinis nisi personæ quæ est ab alio, sicut nec mitti.

Ad secundum dicendum quod licet effectus gratiæ sit etiam à Patre, qui inhabitat per gratiam sicut & Filius & Spiritus sanctus, quia tamen non est ab alio, non dicitur mitti. Et hoc est quod dicit Augustinus. 4. de Trinitat. quod pater cum in tempore à quoquam cognoscitur, non dicitur missus. Non enim habet de quo sit, aut ex quo procedat.

Ad tertium dicendum, quod missio in quantum importat processionem à mittente, includit in sui significatione notionem: non quidem in speciali, sed in generali, prout esse ab alio est commune duabus notionibus.

CONCLUSIO est negans, de qua præcedent, disp. differimus.

## ARTICVLVS V.

*Patrum Filio conueniat inuisibiliter mitti.*

**A**D quintum sic proceditur. Videtur, quod filio non conueniat inuisibiliter mitti. Missio enim inuisibilis diuinæ personæ attenditur, secundum dona gratiæ, sed omnia dona gratiæ pertinent ad Spiritum sanctum secundum illud 1. Corinth. 12. Omnia operatur vnus atque idem spiritus, ergo inuisibiliter non mittitur nisi Spiritus sanctus.

2. Præterea. Missio diuinæ personæ fit secundum gratiam gratum facientem. Sed dona quæ pertinent ad perfectionem intellectus, non sunt dona gratiæ gratum facientis, cum sine charitate possint haberi secundum illud 1. ad Corinth. 13. Si habuero prophetiam, & nouerim mysteria omnia & omnem scientiam, & si habuero omnem fidem ita ut montes transferam charitatem autem non habeam, nihil sum. Cum ergo filius procedat, ut verbum intellectus, videtur quod non conueniat sibi inuisibiliter mitti.

3. Præterea. Missio diuinæ personæ est quædam processio, ut dictum est. Sed alia est, processio filij, alia Spiritus sancti. Ergo & alia missio, si uterque mittitur. Et sic altera earum superflueret, cum vna sit sufficiens ad sanctificandam creaturam.

Sed contra est quod Sapient. 9. dicitur de diuina Sapient. Mitte illam de cœlis sanctis tuis, & à sede magnitudinis tuæ.

Respondeo dicendum, quod per gratiam gratum facientem tota Trinitas in-

*Vasquez in 1. p. 10. 2.*

habetur mentem, secundum illud Ioann. 14. Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus. Mitti autem personam diuinam ad aliquem per inuisibilem gratiam, significat nouum modum inhabitandi illius personæ & originem eius ab alia. Vnde cum tam Filio, quam Spiritui sancto conueniat, & inhabitare per gratiam, & ab alio esse, utrique conuenit inuisibiliter mitti. Patri autem licet conueniat inhabitare per gratiam, non tamen sibi conuenit ab alio esse, & per consequens nec mitti.

Ad primum ergo dicendum, quod licet omnia dona in quantum dona sunt attribuantur Spiritui sancto, (quia habet rationem primi doni secundum quod est amor: ut supra dictum est) aliqua tamen dona secundum proprias rationes attribuantur per quandam appropriationem filio, scilicet illa quæ pertinent ad intellectum. Et secundum illa dona attenditur missio filij. Vnde August. dicit 4. de Trinitate, quod tunc inuisibiliter filius cuiquam mittitur, cum à quoquam cognoscitur atque percipitur.

Ad secundum dicendum, quod anima per gratiā cōformatur Deo. Vnde ad hoc quod aliqua persona diuina mittatur ad aliquem per gratiam, oportet quod fiat assimilatio illius ad diuinam personam quæ mittitur per aliquod gratiæ donum. Et quia Spiritus sanctus est amor, per donū charitatis anima Spiritui S. assimilatur. Vnde secundum modum charitatis attenditur missio Spiritus sancti. Filius autem est verbum, non qualecunque, sed spiras amorem. Vnde Augustinus. dicit in 9. libr. de Trinit. Verbum autem quod infinuat in eum, cum amore notitia est. Non igitur secundum quamlibet perfectionem intellectus mittitur filius: sed secundum talem institutionem vel instructionem intellectus, qua prorumpat in affectum amoris, dicitur Ioann. 6. Omnis qui audiuit à patre & didicit, venit ad me. Et in Ps. In meditatione mea exardescet ignis. Et ideo signanter dicit August. quod filius mittitur, cum à quoquam cognoscitur atque percipitur. Perceptio autem experimentalis quandam notitiam significat. Et hæc proprie dicitur sapientia quasi sapida scientia, secundum illud Ecclesiast. 6. Sapientia doctrinæ secundum nomen eius est.

Ad tertium dicendum, quod cum missio importet originem personæ missæ, & inhabitationem per gratiam (ut supra dictum est) si loquamur de missione quantum ad originem, sic missio fi-

ff 3

lij



lij distinguitur à missione Spiritus sancti, sicut & generatio à processione. Si autem quantum ad effectum gratiæ, sic communicant duæ missiones in radice gratiæ, sed distinguuntur in effectibus gratiæ: qui sunt illuminatio intellectus & inflammatio effectus. Et sic manifestum est, quod una non potest esse sine alia, quia neutra est sine gratia gratum faciente, nec una persona separatur ab alia.

**C**onclusio est affirmans, de qua ibidem disputatum est.

## ARTICVLVS VI.

*Utrum missio inuisibilis fiat ad omnes qui sunt participes gratiæ.*

231.  
2. d. 15 q. 5.  
ar. 1. q. 1. 2.  
3. & 4.

**A**D sextum sic proceditur. Videtur, quod missio inuisibilis non fiat ad omnes qui sunt participes gratiæ. Patres enim veteris Testamenti, gratiæ participes fuerunt. Sed ad illos non videtur fuisse facta missio inuisibilis. Dicitur enim Ioan. 7. Nondum erat spiritus datus, quia nondum erat Iesus glorificatus. Ergo missio inuisibilis non fit ad omnes qui sunt participes gratiæ.

2. Præterea. Profectus in virtute non est nisi per gratiam. Sed missio inuisibilis non videtur attendi secundum profectum virtutis: quia profectus virtutis videtur esse continuus, cum charitas semper aut proficiat, aut deficiat. Et sic missio esset continua. Ergo missio inuisibilis non fit ad omnes participes gratiæ.

3. Præterea. Christus & beati plenissime habent gratiam. Sed ad eos non videtur fieri missio. Quia missio fit ad aliquid distans. Christus autem secundum quod homo, & omnes beati, perfecte sunt uniti Deo. Non ergo ad omnes participes gratiæ fit missio inuisibilis.

4. Præterea. Sacramenta nouæ legis continent gratiam, nec tamen ad ea dicitur fieri missio inuisibilis. Non ergo ad omnia quæ habent gratiam, fit missio inuisibilis.

*Lib. 3. de Tri. c. 4. & lib. 15. c. 27. inuinitur, tom. 3.*

Sed contra est quod secundum Augustin. missio inuisibilis fit ad sanctificandam creaturam. Omnis autem creatura habens gratiam sanctificatur. Ergo ad omnem creaturam huiusmodi fit missio inuisibilis.

Respondeo dicendum, quod (sicut supra dictum est) missio de sui ratione importat, quod ille qui mittitur vel incipiat esse ubi prius non fuit (sicut accidit in rebus creatis) vel incipiat esse ubi prius fuit, sed quodammodo nouo, secundum quod

## ARTIC. VI.

missio attribuitur diuinis personis. Sic ergo in eo ad quem fit missio oportet duo considerare, scilicet inhabitationem gratiæ, & inuolutionem quandam per gratiam. Ad omnes ergo fit missio inuisibilis, in quibus hæc duo inueniuntur.

Ad primum ergo dicendum, quod missio inuisibilis est facta ad patres veteris Testamenti. Vnde dicit Aug. 4. de Trin. quod secundum quod filius mittitur inuisibiliter, fit in hominibus, aut cum hominibus. Hoc autem antea factum est in Patribus & Prophetis. Cum ergo dicitur, nondum erat datus spiritus, intelligimus de illa datione cum signo visibili, quæ facta est in die Pentecostes.

Ad secundum dicendum, quod etiam secundum profectum virtutis, aut augmentum gratiæ fit missio inuisibilis. Vnde Augustin. dicit 4. de Trin. quod tunc cuiquam mittitur filius, cum à quoquam cognoscitur atque percipitur quantum cognosci & percipi potest pro capto vel proficientis animæ in Deum, vel profectæ animæ rationalis in Deo. Sed tamen secundum illud augmentum gratiæ precipue missio inuisibilis attenditur, quando aliquis proficit in aliquem nouum statum gratiæ: ut puta cum aliquis proficit in gratiam miraculorum aut prophetiæ, vel in hoc quod ex feruore charitatis exponit se martyrio, aut abrenuntiat his quæ possidet, aut quodcumque opus arduum aggreditur.

Ad tertium dicendum, quod ad beatos est facta missio inuisibilis in ipso principio beatitudinis. Postmodum autem ad eos fit missio inuisibilis: non secundum intentionem gratiæ, sed secundum quod aliquot mysteriis eis reuelantur de nouo: quod erit vsq; ad diem iudicii. Quod quidem augmentum attenditur secundum extensionem gratiæ ad plura se extendentis. Ad Christum autem fuit facta inuisibilis missio in principio sue conceptionis: non autem postea, cum à principio sue conceptionis fuerit plenus omni sapientia & gratia.

Ad quartum dicendum, quod gratia est in sacramentis nouæ legis instrumentaliter, sicut forma artificiatum est in instrumentis artis, secundum quandam decursum ab agente in patiens. Missio autem non dicitur fieri nisi respectu termini. Vnde missio diuinæ personæ non fit ad Sacramenta, sed ad eos qui per Sacramenta gratiam suscipiunt.

**C**onclusio est. Ad omnes, qui renouantur per gratiam gratum facientem, fit missio inuisibilis.



Dubitatio circa doctrinam articuli.

16. **C**irca conclusionem vero, & doctrinam articuli difficultas est, an inuisibiliter mittatur Spiritus sanctus ad iustos, cum gratia & iustitia ipsorum augetur. S. Th. ad 2. docet, tunc non mitti Spiritum S. neque quando intenditur aliquod donum. Et colligitur etiam ex art. vbi docet tunc solum fieri missionem, cum est renouatio per gratiam. Consentire videtur Dur. in 1. d. 15. q. 4. num. 12. quia ut aliqua persona ad aliquem mittatur, debet incipere in eo esse, cum antea non esset: sed, cum augetur dona gratiæ, non incipit persona aliqua esse in homine iusto, quia antea in eo erat: ergo tunc non mittitur ad hominem iustum.

Dand.

Bona.

Cord.

D.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.

B.

C.

D.

E.

F.

G.

H.

I.

K.

L.

M.

N.

O.

P.

Q.

R.

S.

T.

U.

V.

W.

X.

Y.

Z.

A.



sanctus non assumpsit creaturam visibilem, in qua apparuit in unitatem personæ, ut quod illi convenit de illo prædicetur. Unde non potest dici minor patre, propter visibilem creaturam.

Ad secundum dicendum, quod missio visibilis Spiritus sancti non attenditur secundum visionem imaginariam quæ est visio prophetica: quia ut Augustinus dicit 2. de Trinitat. visio prophetica non est exhibitæ corporeis oculis per formas corporum imagines. Columbam vero illam & ignem oculis viderunt quicumque viderunt. Neque iterum sic se habuit Spiritus sanctus ad huiusmodi species sicut filius ad petram, quia dicitur, Petra erat Christus. Illa enim petra iam erat creatura, & per actionis modum nuncupata est nomine Christi quem significabat. Sed illa columba & ignis adhæc tantum significanda repente extiterunt. Sed videntur esse similia flammæ illi, quæ in rubo apparuit Moysi, & illi columnæ quam populus in eremo sequebatur, fulguribus ac tonitruis, quæ fiebant cum lex daretur in monte. Ad hoc enim rerum illarum corporalis extitit species, ut aliquid significaret atque prædiceret. Sic igitur apparet, quod missio visibilis neque attenditur secundum visiones propheticas, quæ fuerunt imaginariæ, & non corporales: neque secundum signa Sacramentalia veteris, & novi Testamenti in quibus quedam res præexistentes assumuntur ad aliquid significandum. Sed Spiritus sanctus visibiliter dicitur esse missus in quantum fuit monstratus in quibusdam creaturis, sicut in signis ad hoc specialiter factis.

Ad tertium dicendum, quod licet illas creaturas visibiles tota Trinitas operata sit, tamen factæ sunt ad demonstrandum specialiter hanc vel illam personam. Sicut enim diuersis nominibus significatur Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, ita etiam diuersis rebus significari potuerunt: quamuis inter eos nulla sit separatio, aut diuersitas.

Ad quartum dicendum, quod personam filij declarari oportuit, ut sanctificationis auctorem ut (dictum est.) Et ideo oportuit quod missio visibilis filij fieret secundum naturam rationalem, cuius est agere, & cui potest competere sanctificari. Indicium autem sanctificationis esse potuit quæcunque alia creatura. Neque oportuit quod creatura visibilis ad hoc formata, esset assumpta à Spiritu sancto in unitatem personæ, cum non assumere-

etur ad aliquid agendum, sed ad indicandum tantum. Et propter hoc etiam non oportuit quod duraret, nisi quamdiu perageret officium suum.

Ad quintum dicendum, quod illæ creature visibiles formatæ sunt ministerio Angelorum: non tamen ad significandum personam Angeli: sed ad significandum personam Spiritus sancti. Quia igitur Spiritus sanctus erat in illis creaturis visibilibus, sicut signatum in signo, propter hoc secundum eas Spiritus sanctus visibiliter mitti dicitur & non Angelus.

Ad sextum dicendum, quod non est de necessitate inuisibilis missionis, ut semper manifestetur per aliquod signum visibile exterius, sed sicut dicitur. 1. Corinth. 12. Manifestatio spiritus daturah: cui ad utilitatem sanctæ Ecclesiæ. Quæ quidem utilitas est, ut per huiusmodi visibilia signa fides confirmetur, & propagetur. Quod quidem principaliter factum est per Christum & per Apostolos, secundum illud Hebræorum 2. Cum initium accepisset enarrari per dominum ab eis qui audierunt, in nos confirmata est. Et ideo specialiter debuit fieri missio visibilis Spiritus sancti ad Christum, ad Apostolos, & ad aliquos primitivos sanctos, in quibus quodammodo Ecclesia fundabatur, ita tamen quod visibilis missio facta ad Christum demonstraret missionem inuisibilem; non tunc, sed in principio suæ conceptionis ad eum factam. Facta autem est missio visibilis ad Christum, in baptismo quidem sub specie columbæ quod est animal, secundum, ad ostendendum in Christo auctoritatem donandi gratiam per spiritalem regenerationem (unde vox Patris intonuit. Hic est Filius meus dilectus) ut ad similitudinem vnigeniti alij regenerarentur. In transfiguratione vero sub specie nubis lucidæ, ad ostendendam exuberantiam doctrinæ. Unde dictum est. Ipsum audite. Ad Apostolos autem sub specie statui, ad ostendendam potestatem ministerij in dispensatione sacramentorum. Unde dictum est eis: Quorum remiseritis peccata, remittuntur eis. Sed sub linguis igneis, ad ostendendum officium doctrinæ. Unde dicitur quod cœperunt loqui varijs linguis. Ad patres autem veteris Testamenti missio visibilis Spiritus sancti fieri non debuit, quia prius debuit perfici missio visibilis filij, quam Spiritus sancti cum Spiritus sanctus manifestet filium, sicut filius patrem. Fuerunt autem factæ visibiles apparitiones diuinarum personarum patribus veteris

Lib. 2. de  
Trin. cap. 6.  
parum à  
med. 10. 3.

In corp. ar.



teris Testamenti. Quæ quidem missiones visibiles dici non possunt, quia non fuerunt factæ (secundum Augustin.) ad designandum inhabitationem diuinæ personæ per gratiam, sed ad aliquid aliud manifestandum.

18. **C**ONCLVSIO est affirmans, circa columbam illam, in qua Spiritus sanctus visus est, disputat S. Th. 3. p. q. 3. artic. 7. & Canariensis in comment. huius artic. Durand. in 1. distinct. 16. q. 3. & alij: sed nos in eum locum tertiæ partis tractationem eius referamus. Hoc tamē certum esse omnibus debet, columbam veram, vel effigiem visibilem columbe exteriori apparuisse, nec id accidisse sola imaginaria visione. Cetera, quæ Canariensis notat in hoc artic. facillima sunt.

## ARTICVLVS VIII.

*Vtrum aliqua persona diuina mittatur, nisi ab ea, à qua procedit æternaliter*

**A**D octauum sic proceditur. Videtur, quod nulla persona diuina mittatur, nisi ab ea, à qua procedit æternaliter. Quia sicut dicit Augustinus 4. de Trinitat. Pater à nullo mittitur, quia à nullo est. Si ergo aliqua persona diuina mittitur ab alia, oportet quod sit ab illa.

2. Præterea. Mittens habet auctoritatem respectu missi, sed respectu diuinæ personæ non potest haberi auctoritas, nisi secundum originem. Ergo oportet quod diuina persona quæ mittitur, sit à persona mittente.

3. Præterea. Si persona diuina potest mitti ab eo à quo non est, nihil prohibebit dicere quod Spiritus sanctus detur ab homine, quamuis non sit ab eo. Quod est contra Aug. de Trinit. ergo diuina persona non mittitur nisi ab ea à qua est.

Sed contra est quod Filius mittitur à Spiritu sancto, secundum illud Isaia 48. Nunc misit me Dominus Deus, & Spiritus eius. Filius autem non est à Spiritu sancto. Ergo persona diuina mittitur ab ea à qua non est.

Respondeo dicendum, quod circa hoc inueniuntur aliqui diuersi modi locuti esse. Secundum quosdam enim persona diuina non mittitur, nisi ab eo à quo est æternaliter. Et secundum hoc cum dicitur Filius Dei missus à Spiritu sancto, referendum est hoc ad humanam naturam, secundum quam missus est ad prædicandum à Spiritu sancto. Augustinus autem dicit 2. de Trinitat. quod filius mittitur & à se & à Spiritu sancto, & Spiritus sanctus etiam mittitur & à se & à Filio, ut sic mitti in diuinis non conueniat cuilibet personæ, sed solum personæ, ab alio

existenti: mittere autem conueniat cuilibet personæ. Vtrumque autem habet aliquo modo veritatem: quia cum dicitur aliqua persona mitti, designatur & ipsa persona ab alio existens, & effectus visibilis aut inuisibilis, secundum quem missio diuine personæ attenditur. Si igitur mittens designetur ut principium personæ quæ mittitur, sic non quolibet persona mittitur: sed solum illa cui conuenit esse principium illius personæ. Et sic Filius mittitur tantum à Patre, Spiritus sanctus autem à Patre & Filio. Si vero persona mittens intelligatur esse principium effectus, secundum quem attenditur missio, sic tota Trinitas mittit personam missam. Non autem propter hoc homo dat Spiritum sanctum, quia nec effectum gratiæ potest causare. Et per hoc patet solutio ad obiecta.

**D**E conclusione, & doctrina huius artic. satis à nobis dictum est disputatione præcedenti. Ideo hic nihil aliud notandum est, quam circa titulum præfixum artic. non esse legendum, *Aliqua persona, sed nulla persona*, ut colligitur ex verbis primi argumenti: & particula, *nisi*, manifestè indicat. Hactenus de Deo in se ipso tractauit S. Th. iuxta diuisionem à nobis supra præfixam in quæst. 2.

## QVÆSTIO XLIV.

*De processione creaturarum à Deo, & de omnium entium prima causa.*

**P**OST considerationem diuinarum personarum considerandum restat de processione creaturarum à Deo. Erit autem hæc consideratio tripartita, ut primo consideretur de productione creaturarum. Secundo de earum distinctione. Tertiò de conseruatione & gubernatione. Circa primum tria sunt consideranda. Primo quidem quæ sit prima causa entium. Secundo de modo procedendi creaturarum à prima causa. Tertiò vero de principio durationis earum. Circa primum quæruntur quatuor.

## ARTICVLVS I.

*Vtrum sit necessarium omne ens esse creatum à Deo.*

**A**D primum sic proceditur. Videtur, quod non sit necessarium omne ens esse creatum à Deo. Nihil enim prohibet inueniri rem sine eo quod non est de ratione rei: sicut hominem sine albedine. Sed habitudo causati ad causam non videtur esse de ratione entium, quia sine hac possunt aliqua entia intelligi. Ergo sine hac possunt



sunt esse. Ergo nihil prohibet esse aliqua entia non creata à Deo.

2. Præterea. Ad hoc aliquid indiget causa efficiente ut sit. Ergo quod non potest non esse, non indiget causa efficiente. Sed nullum necessarium potest non esse: quia quod necesse est esse non potest non esse. Cū igitur multa sint necessaria in rebus, videtur quod non omnia entia sint à Deo.

3. Præterea. Quorumcunque est aliqua causa in his potest fieri demonstratio per causam illam. Sed in mathematicis non fit demonstratio per causam agentem, ut per Philosophum patet in 3. Metaph. Non igitur omnia entia sunt à Deo, sicut à causa agente.

Sed contra est quod dicitur Romanor. capit. 11. Ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia.

Respondendo dicendum, quod necesse est dicere omne ens, quod quocunque modo est, à Deo esse. Si enim aliquid invenitur in aliquo per participationem, necesse est quod causetur in ipso ab eo cui essentialiter convenit: sicut ferrum fit ignitum ab igne. Ostensum est autem supra, cum de diuina simplicitate ageretur, quod Deus est ipsum esse per se subsistens. Et iterum ostensum est, quod esse subsistens non posset esse nisi vnum, sicut si albedo esset subsistens, non posset esse nisi vna, cum albedines multiplicentur secundum recipientia. Relinquitur ergo quod omnia alia à Deo non sint suum esse, sed participant esse. Necesse est igitur, quod omnia quæ diuersificantur secundum diuersam participationem essendi, ut sint perfectius vel minus perfecte, causari ab vno primo ente, quod perfectissime est. Vnde & Plato dixit, quod necesse est ante omnem multitudinem ponere unitatem. Et Aristoteles dicit in 2. Metaphysicor. quod id quod est maxime ens, & maxime verum, est causa omnis entis, & omne veri: sicut id quod maxime calidum est, est causa omnis caliditatis.

Ad primum ergo dicendum, quod licet habitudo ad causam non intret definitionem entis, quod est causatum: tamen sequitur ad ea quæ sunt de eius ratione: quia ex hoc quod aliquid per participationem est ens, sequitur quod sit causatum ab alio. Vnde huiusmodi ens non potest esse quin sit causatum, sicut ne homo quin sit risibile. Sed quia esse causatum non est de ratione entis simpliciter, propter hoc inuenitur aliquod ens non causatum.

Ad secundum dicendum, quod ex hac

ratione quidam moti fuerunt ad ponendum quod id quod est necessarium, non habeat causam, ut dicitur in 8. Physic. Sed hoc manifeste falsum apparet in scientiis demonstratiuis, in quibus principia necessaria sunt causæ conclusionum necessariorum. Et ideo dicit Aristoteles in 2. Metaphysic. quod sunt quedam necessaria, quæ habent causam suæ necessitatis. Non ergo propter hoc solum requiritur causa agens, quia effectus potest non esse, sed quia effectus non esset, si causa non esset. Hæc enim conditionalis est vera, siue antecedens & consequens sint possibilia siue impossibilia.

Ad tertium dicendum, quod mathematica accipiuntur ut abstracta secundum esse. Vnicuique autem competit habere causam agentem secundum quod habet esse. Licet igitur ea quæ sunt mathematica habeant causam agentem: non tamen secundum habitum dinem, quam habent ad causam agentem cadunt sub considerationem mathematici. Et ideo in scientiis mathematicis non demonstratur aliquid per causam agentem.

#### Notationes circa Articulum.

**C**ONCLUSIO est. Omne ens quocunque modo sit à Deo est. Rationem, & doctrinam totius articuli in disputat. examinabimus. Circa articulum vero primum notandum est cum Caiet. in commentarijs, hic non esse questionem, an Deus sit causa rerum omnium per creationem: ex ijs enim, quæ dicuntur in q. sequenti de natura creationis, facile colligi poterit, quæ entia fuerint à Deo producta per creationem: sed queritur valde summan omne aliud, præter Deum, sit à Deo, ut efficiens. Id autem patet ex ipso textu, ubi nulla mentio fit creationis: & clarius ex conclusione, quæ S. Thoma in titulo articuli respondit. Quare nomen illud, creatum, (inquit Caietanus) quo videtur S. Thomas in titulo articuli, non significat id, quod est productum per veram creationem; sed id quod quocumque ratione effectum est: & ob id in distinctione titulum huius questionis ponitur à S. Thoma sub hac forma, *Vtrum Deus sit causæ efficiens omnium rerum.*

Ego tamen existimo participium, creatum, in titulo, qui est præfixus huic articulo, significare, id quod productum est per creationem. Nec enim queritur, an necessarium sit, ens creatum à Deo esse; sed vtrum sit necessarium, omne ens esse creatum à Deo, an non: ut apparet ex initio primi argumenti, ex quo titulus desumptus est. Nilominus non respondet. S. Thom. omne ens esse à Deo creatum: sed omne ens, quomodo cumque sit, hoc est, quacumque ratione productum sit, à Deo esse: intelligit autem ut à causa efficiendi: nam de causa exemplari, & finali, quæ Deo convenire possunt respectu creaturarum, deinde in art. 3. & 4. disputat: nunc igitur generaliter respondet, omne ens esse à Deo, ut efficiendi, quoque modo illud fiat.

Deinde observandum est, hic non disputat S. Thomas

Lib. 3. Metaphysicor. text. 4. som. 3.

Quæst. 3. artic. 4.

Quæst. 11. art. 3. & 4.

Lib. 2. Metaphysicor. text. 4. som. 2.



S. Thom. de operatione Dei cum omnibus causis. hoc est, utrum Deus omnia operetur per seipsum, an cum secundis causis: de hoc enim disputat q. 104. & 105. & præsertim de substantijs creatis docet q. 104. ar. 2. omnes à Deo proximè conseruari: de omnibus vero operationibus creaturarum inquit, non solum esse à secundis causis creatis: sed etiam à Deo prima omnium causa: non modo remote, hoc est conseruando creatas causas: verum etiam proximè cum illis operando eundem effectum omnino indiuiduum: de quo hic differendum non est, sed 1.2. q. 79. artic. 1. & 2. Nunc ergo solum inquirendum est, an vnus verus Deus sit causa omnium rerum, siue per creationem, siue alio modo: siue proximè, siue remote.

## DISPUTATIO CLXXI.

An vnus Deus sit author omnium rerum.

Varij errores hereticorum. cap. 1.

Catholica doctrina contra hereticos statuitur. cap. 2.

## CAPVT I.

Varij errores hereticorum.

**A**ntequam doctrinam Catholicam in medium afferamus, & confirmemus, varios errores recensere operæpretium erit. Prima igitur hæresis fuit Simonis Magi, qui omnium primus ex Euangelio hæreticus, vt auctor est Tertull. loco infra citando, hunc mundum visibilem, & homines, non à Deo, sed ab Angelis factos fuisse, Angelos vero ex seipso, & ex muliere quadam circumlatrice, quam Helenam vocauit, progenitos esse dixisse enim esse Spiritum sanctum, & Deum, iactabat: Sic scribunt Iren. lib. 1. aduers. hæreses cap. 20. & 12. Epiph. hæres. 11. Theod. lib. 1. hæretic. fabul. capit. 3. & Tertull. libro de præscript. cap. 46. qui addit, hunc Simonem seipsum appellasse infinitam sapientiā, & Iudæis tanquam Filium apparuisse: ad Samaritanos autem tanquam Patrem descendisse: ad alias autem gentes tanquam Spiritum sanctum accessisse, iactabat.

Secunda hæresis fuit Saturnilianorum, qui à Saturno sic vocati sunt. Hi dicebant Deum auctorem fuisse omnium Angelorum: à Septem tamen ex illis, præter ipsius Dei consensum, hunc mundum visibilem formatum fuisse, atq; in hominis productione illis verbis vsos fuisse Genes. 1. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostrā. Secreferunt ex Græcis Epiph. hæres. 23. & Theod. lib. 1. hæretic. fabul. cap. de Saturno. Iren. lib. 1. cap. 22. ex Latinis vero Tertull. lib. de præscript. cap. 46. August. lib. de hæres. cap. 3. qui hunc hæreticum Saturnium appellant.

Tertia hæresis est Basilidis, qui teste Epiph. hæres. 24. & Theod. lib. 1. hæretic. fabul. cap. de Basilide, & Tertull. libro citato, cap. illo 46. & Iren. lib. 1. cap. 23. August. eodem lib. cap. 4. cum assereret, esse 365. cælos, & multitudinem Angelorum; omnes sic dicebat esse productos; vt ex Deo, quem Abraxan vocabat, creata fuerit mens, ex mente verbum, ex illo prouidentia, ex prouidentia virtus, & sapientia; ex ipsius deinde principatus, & potestates, & Angeli: ab his vero Angelis cælos illos hoc ordine percreatos assererat; vt primum cælū conditum fuerit à virtutibus, potestatibus, atque Angelis, & cum eo alij Angeli creati; qui rursus pro-

duxerint, secundum cælum, & alios cum eo Angelos: qui deinde tertium cum alijs Angelis cælum fecerunt; & sic vsque ad vltimum: & tandem mundum inferiorem, & hominem à postremi cæli conditoribus emanasse dicebat.

Quarta hæresis Carpocratæ, & Cerinthi, atque eorum discipulorum, qui dicti sunt Gnostici, id est, scientes, cum prædictis conuenit. Asserit enim Angelos à suprema virtute productos, defecisse, & mundum visibilem condidisse, vt scribit Epiph. hæres. 27. & 28. Theodor. lib. citato, cap. de Carpocrate, Iren. lib. 1. cap. 24. & 26.

Hæ sunt non solum manifestæ hæreses, sed etiam fabulæ, aut somnia plena figmentis: quæ facile quique Scriptura, & ratione refutare potest. Ceterum hi somniores non omnino negarunt, Deum auctorem rerum omnium, siue proximè & per se ipsum, siue remote & medijs causis ab eo conditis. In eo tamen manifeste delirarunt, quod assererent, mundum à Deo effectum sine ipsius Dei nutu, & voluntate, vt dicebat Cerinthus, & qui ipsum sequuti sunt. Cum enim omnia nutu ipsius subsistant, & conseruentur, vt infra disput. 17. ostendemus; fieri nequit, vt aliqua causa sine ipsius concursu operetur: nam licet peccatum, quatenus malū est, siue ipsius nutu & consensu fiat, tamen substantia actus sine illo producti nequit, vt 1.2. q. 79. art. 1. & 2. videbimus.

Gnostici porro, qui vel à Nicolao, vel à Carpocrate exorti sunt, asserentes, esse duos Deos, alterum bonum, alterum malum. videntur, sicut Manichæus, docuisse, mundum hanc visibilem à Deo malo fuisse productum. Hunc errorem hoc modo tribuunt recentiores Theologi his hæreticis, quod August. de hæresib. ad Quodvultideum cap. 6. de illis dicat hæc verba: Dicunt quoque bonum Deum, & malum Deum in suis habere dogmatibus. Sed in Epiph. hæres. 26. & 27. vbi de his Gnosticis agit, nihil tale inuenire potui: quinimo hæres. 27. de Carpocrate, à quo etiam dixit, Gnosticos effluxisse, tantum refert hæresim illam proximè memoratā de productione mundi ab Angelis: neque August. refert Ex Epiphano, Gnosticos dixisse mundum hunc corporeum à malo Deo conditum fuisse.

Primus igitur, qui posuit duo principia alterum Deum bonum, alterum malum, fuit Apelles, vt auctor est Epiph. hæres. 44. & August. hæres. 23. à quo Appelliani dicti sunt, mundum deinde visibilem Deo malo factum esse, dixit: ita vt nullam illius Deus bonus curam gereret. Ceterū cum diceret Apelles, vt etiam referunt Epiphanius, & August. Deum malum factum à Deo bono, nec duo principia æque prima poneret; remote saltem in Deū bonum, tanquam in auctorem mundum hunc referebat. Quocirca doctrinæ huius articuli non tā directè opponitur.

Tandem Manichæus, vt scribit Epiph. hæres. 66. & Theodor. lib. 1. hæretic. fabul. cap. vlt. non modo duo principia seu duos Deos posuit, alterum bonum, alterum malum; sed etiam eos ingenitos, coæternos, & sibi inuicem contrarios esse affirmavit. Quare cum dixit, hunc mundum visibilem, quod ad naturas malas spectat, à malo Deo conditum fuisse. Deum autem bonum non esse auctorem rerum omnium neque proximè, neque remote; directè contra Catholicam doctrinam, quam habet S. Th. in hoc art. spugnauit: quæ autem essent bonæ, & malæ naturæ tradidit Augustin. loco citato. Ceterum

Carpocratis  
& Cerinthi  
error.

Apelles  
error.

Manichæus